
Theologiae Moralis, Volume 1 (Latin Edition)


Kenrick Francis Patrick


Title: Theologiae Moralis, Volume 1 (Latin Edition)


Author: Kenrick Francis Patrick

This is an exact replica of a book. The book reprint was manually improved by a team of professionals, as opposed to automatic/OCR processes used by some companies. However, the book may still have imperfections such as missing pages, poor pictures, errant marks, etc. that were a part of the original text. We appreciate your understanding of the imperfections which can not be improved, and hope you will enjoy reading this book.









P. 6

THEOLOGIÆ MORALIS,

CONCINNATÆ

A FRANCISCO PATRICIO KENRICK,

Episcopo Arathensi, et Coadjutore Episcopi Philadelphiensis,

VOLUMEN I.

“Nulla ars doceri præsimitur, nisi intenta prius meditatione discatur. Ab imperitis ergo pastorale magisterium qua temeritate suscipitur, quando ars est artium regimen animarum?”—S. Gregorius M. Reg. Past. C. I.



PHILADELPHIÆ.

APUD EUGENIUM CUMMISKEY.

MDCCCXLI.

Entered according to the Act of Congress, in the year 1841, by
FRANCIS PATRICK KENRICK,
in the Clerk's Office of the District Court in the Eastern District of Pennsylvania.

LOAN STACK

TYPIS KING ET BAIRD.

BX1758
K4
v.1

PRÆFATIO.


PERFECTO opere de Theologia Dogmatica id nobis propositum est aliquantulum requiescere, et nonnisi post aliquot annos in lucem edere quæ de Ethice sacra paravimus volumina. Verum alumnorum Seminarii nostri diœcesani utilitates fecerunt ut moræ consilium deponeremus : nam aucto studiosorum Theologiæ numero, libri deerant quibus uterentur, nec copia fuit eos in hac regione comparandi, re semel iterumque tentata. Prodit igitur in lucem primum Theologiæ Moralis Volumen, veluti auspiciis S. Caroli Borromæi, quem Seminarii nostri patronum invocavimus. Quanta sit necessitas operis hujusmodi nostris usibus accommodati nemo ignorat : quamvis enim regulæ morum a divinis Scripturis derivatæ nullam patiantur mutationem, ob adjuncta quæcumque locorum vel temporum, attamen haud parva in eo exercenda est diligentia ut singularibus rebus quæ in dies occurrunt applicentur. De legibus ecclesiasticis et censuris plurimæ moveri possunt quæstiones, quænam hac in regione vim obtineant : de civilibus quibus regimur legibus inquirendum est quousque conscientiam ligent.

Servitus, quæ tot in Statibus viget, utrum liceat, et quæ sint servorum et dominorum munera explicare oportet: de quibus in recentioribus operibus theologicis plerumque siletur, quum Ecclesiæ opera sublata sit a pluribus sæculis in Europa. Hæc plurimaque alia scitu necessaria demonstrant opus de Theologia Morali valde desiderari: quod etiam plures significaverunt qui minus se sollicitos de dogmatum vindiciis ostenderant. In opus igitur pro studio nostro rei Ecclesiæ promovendæ, cum Cleri Americani utilitate et profectu, incubuimus. Nec tamen adeo nobis blandiebamur ut putarem nos posse veluti ex tripode de singulis proferre quod oraculi instar omnes exciperent: sed nostram qualemcumque opinionem de plurimis quæ per annos plusquam viginti in sacri ministerii exercitio nobis occurrerunt, eam utilitatem habituram speravimus, ut res diligentius expendere, et dijudicaretur. Omnem in eo posuimus operam ut S. Thomæ e schola veteri, et S. Alphonsi ex recentiori uteremur documentis, et ex iis quid de singulis casibus sentiendum sit colligeremus. Sæpe quidem acatholicorum, præsertim Anglicanorum, testimonia ad paginæ calcem subjecimus, quum juvet quæ sana ab iis agnita sunt morum principia præ oculis ponere, ut animi ad integram in omnibus concordiam disponantur. Jurisperitorum usurpavimus etiam dicta, ut in legibus civilibus, et juris ratione, sacerdotes non sint omnino hospites: quos tamen sanctorum patrum documentis instrui, et inhærere, præcipue decet. Non dubitamus pleros-

que nos faciles nimis, et indulgentiores habituros, in aliquibus severiora sectantes, morum nostratium haud habita ratione: sed id affirmare tuto possumus, nos nihil captandæ gratiæ causa protulisse, nec justitiæ nimis affectasse laudem. Cæterum quum de tot rebus agere oportuerit, quæ nullo Ecclesiæ decreto definitæ sunt, facile contingere potuit ut a recta semita sæpius deflecteremus: ideoque libenter patiemur sapientiorum iudicio maturiori nos instrui et emendari. In omnibus autem Apostolico præsuli Romanæ Urbis obsequentes nos semper futuros sancte pollicemur, quippe qui eum agnoscimus “omnium Christianorum doctorem,” fidei et morum divinitus constitutum iudicem et custodem.

PHILADELPHIÆ,

Festo S. Caroli Borromæi, 1841.



I N D E X .

Proemium	1
----------	---

TRACTATUS I.—DE ACTIBUS HUMANIS.

C. I. De humana agendi ratione	5
C. II. De actibus voluntariis	8
C. III. De vi, metu, et concupiscentia	15
C. IV. De ignorantia	19
C. V. De actuum humanorum morali specie	25
C. VI. De Passionibus	32

TRACTATUS II.—DE CONSCIENTIA.

C. I. De Conscientia vera et erronea	41
C. II. De Conscientia scrupulosa	44
C. III. De Conscientia dubia	47
C. IV. De Sententiis probabilibus	52

TRACTATUS III.—DE LEGE DIVINA.

C. I. De Lege Naturæ	57
C. II. De Lege Veteri	63